



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 4. & vltimum. clericus beneficiatus ad quid teneatur respectu  
beneficij duntaxat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

statim iurepatronatus, & est excommunicatus. ita habetur  
 2 in Concil. Trident. † Sess. 22.  
 cap. 11. de reformat. in vers.  
 quod si eiusdem ecclesiæ, &  
 Sess. 25. de reformat. cap. 9.  
 in versic. patroni autem be-  
 neficiorum. vide praxim Ar-  
 chiepiscopalem Leonis par.  
 cap. 21. num. 31. de iurepa-  
 tronat. Præsentatus † autem  
 lite pendente, seu ante insti-  
 tutionem ingerens se in re-  
 collectione fructuum benefi-  
 cij, ad quod fuit præsentatus  
 cadit à iure suo, & tribuitur  
 colliganti. Clement. vnica.

de sequestr. possess. & fruct.  
 Rebuff. in sua praxi beneficia.  
 ria de subrogationibus nu. 8.  
 Quaranta in summa Bullarij,  
 in verbo beneficiorum posses-  
 sio, & Crescent. Decif. 6. de  
 iurepatronat. qui concludunt  
 4 text. † in cap. auaritiæ, de  
 elect. lib. 6. procedere etiam  
 in omnibus beneficijs: & ideo  
 si præsentatus se ingerat per  
 se, vel per alium in totum,  
 vel in partem, ipso iure amit-  
 tit ius petendi institutionem.  
 Cardin. Serafin. Decif. 598.  
 & 1238. num. 9. & Cardin.  
 Mantica Decif. 261.

C A P V T Q V A R T V M.

Clericus beneficiatus ad quid teneatur respectu  
 beneficij duntaxat.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus Beneficiatus ad tria tenetur.
- 2 Idem tenetur incedere in habitu, & tonsura clericali.
- 3 Concil. Trdent. sess. 23. de reformat. cap. 6.
- 4 Constitutio Sixti V. de

habitu, & tonsura clerico-  
 rum.

- 5 Clericus non punitur si ex iusto timore non deferat ba-  
bitum.
- 6 Vel propter paupertatem.
- 7 Vel si unica vice tantum.
- 8 Vel propter infirmitatem.
- 9 Habitus clericalis quis sit.

10 Ha-

282 Pars III.Lib.XV.Cap.IV.

- 10 *Habitus clericalis determinatus non reperitur.*
- 11 *Habitus clericalis est ex usu.*
- 12 *Clericus ratione beneficij tenetur quotidie recitare Diuinum Officium.*
- 13 *Beneficium datur propter officium.*
- 14 *Causæ excusantes à recitatione officij.*
- 15 *Clericus ratione beneficij tenetur residere.*
- 16 *Concil. Tridentin. sessione sexta de reformat. capitulo 1. & 2. & sessione vigesimateria de reformat. capit. 1. & sessione vigesimaquarta de reformat. cap. 12.*
- 17 *Causæ excusantes à residentia.*
- 18 *Residere est deseruire.*
- 19 *Beneficiatus clericus tenetur recitare Officium iuxta consuetudinem suæ Diœcesis.*
- 20 *Clericus tenetur clericalem vitam, & honestatem servare.*

**I** Lericus & Beneficiatus ratione beneficij ad tria tenetur, nempe ad habitum clericalem deferendum, ad Diuinum officium persolendum, & ad residendum, seu

- inseruendum beneficio.
- 2 Primo, ergo & clericus beneficiatus tenetur in clericali habitu, & tonsura incedere, sicuti etiam tenetur clericus in sacris ordinibus constitutus: ita habetur in Concil. & Trident. Sess. 23. de reformat. 4 cap. 6. Hodie & insuper extat constitutio Sixti Quinti de habitu, & tonsura per clericos, seu milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferendis, & de poenis contra inobedientes inflictis, publicata Romæ die 18. Ianuarij 1589. incipiente, cum Sacrosancta, quam refert Quaranta in summa Bullarij in verbo habitus clericalis in principio. Quod 5 non & procederet si clericus ex iusta causa timoris clericalem habitum non deferret. cap. cleric. de vita, & honest. 6 cleric. vel si non deferret ratione paupertatis. Imola in Clement. 2. num. 9. de vita, & honest. cleric. Vel si & non deferret pro vniuersitate vice tantum. Farinac. pract. crim. in tit. de inquisit. quæst. 8. nu. 68 8 Vel si non & possit propter infirmitatem tonsuram deferre. Cappell. Tholosan. Decif. 104.

9 Du-



9 Dubium tamen est, quæ vestes sint clericis congruentes, & vere clericales, cum in dicta Constitutione Sixti Quintini nil aliud habeatur, nisi ut vestes sint talares: de qualitate autem illarum nec per illam constitutionem, neque per alia iura nihil statutum reperitur. Et quod cle  
rici seculares non habeant certum, & determinatum habitum, testatur glos. notabilis in clem. 1. in fine. de elect. interdicitur tamen clericis certarum vestium usus. dicto cap. clerici, & dicta clem. 2. Menoch de arbitr. iud. libro 2. centuria 4. casu 393. Diaz in sua praxi criminali canonica cap. 75. Ideo que est in hoc casu dicendum est pro resolutione, quod illæ sunt clericales vestes, & honestæ, quæ usu, & consuetudine illius Regionis, seu Provinciæ ubi commorantur, admis-  
sæ fuerint. glos. in c. si quis virorum distin. 30. & in dicto cap. clerici. in verbo deauratis. late probat Couar. praec. quæst. cap. 32. num. 7. Iulius Clarus in practica criminali q. 36. num. 11. & attendenda est consuetudo clericorum.

rum tantum. Farinac. vbi supra. num. 69. & vide Quarantam, vbi supra in additio. 12 Secundo, tenetur † Clericus Beneficiatus ratione beneficij recitare quotidie Diuinum Officium, idest septem horas Canonicas; & si eas non recitet legitimo impedimento cessante, fructus beneficij non facit suos pro rata omisi Officij, & temporis, sed eos tamquam iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum elemosinas erogare 13 tenetur: cum propter † Officium detur beneficium. ita habetur in constitutione Leonis decimi relata per Quarantam in Summa Bullarij in verbo horæ canonicae, & extat alia constitutio Pij V. edita die 12. Octobris 1571. relata per Quarantam ibidem, ad quarum declaracionem vide Domin. à Soto de iust. & iur. lib. 10. quæst. 5. artic. 6. & Nauarrum in suo manuali cap. 25. num. 122. & sequentibus, & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 429. vide Cardinal. Tolet. in Summa lib. 2. cap. 12. & Henriquez in Summa libr.

284 Pars III.Lib.XV.Cap.IV.

- libr. 13. de excommunicat.  
cap. 13. num. 2. & eumdem  
Nauarrum de oratione , &  
horis canonicas cap.7. n.31.  
14 Et de causis + excusantibus  
ab officio persoluendo , & de  
tempore horarum canonica-  
rum, vide Marcellum Fràn-  
colinum præsiterum, & Do-  
ctorem Bodianum , & Caro-  
lum Macingum in suo tracta-  
tu. de horis canonicas .  
15 Tertio tenetur + clericus  
beneficiatus ratione benefi-  
cij residere : & contra non-  
residentes seruatur disposi-  
tio sacrorum canonum , vt in  
tit. de clericis non resident.  
16 & in Concil. Trident. + sess.  
6. de reformat. cap. 1. & 2.  
& sess. 23. de reformat. cap.  
1. & sess. 24. de reformation.  
cap. 12. & super residentia  
facienda per obtinentes pa-  
rochiales Canonicatus , aut  
dignitates , seu aliud benefi-  
cium , extat constitutio Pij  
Quinti publicata Romæ die  
15.Iunij 1568.relata à Quar-  
ranta in Summa Bullarij  
in verbo residentia in prin-  
cipio .  
17 Quæ vero + sint iustæ cau-  
sæ excusantes à personali re-  
sidentia , & ex quibus licitum

fit per substitutum deserui-  
re , plures enumerantur per  
Ioan. de Silua in suo tractatu  
de beneficijs par. 4. quæst. 6.  
& Hoiedam in suo tractatu  
de beneficiorum compatibi-  
litate , & incompatibilitat. p.  
1. cap. 17. & vide Quar-  
rantam in dicto verbo residen-  
tia . Et cum + residere sit de-  
seruire , si beneficium non  
requirat personalem residen-  
tiam , tenetur attamen sal-  
tem clericus beneficiatus de-  
seruire beneficio suo celebra-  
do singulis annis festum San-  
ti illius , cuius titulo bene-  
ficium decoratur , & cætera  
onera à fundatore in funda-  
tione apposita persoluere , &  
adimplere .  
19 Ergo clericus + beneficia-  
tus tenetur recitare Diuinum  
Officium iuxta consuetudi-  
nem Diocæsis , in qua com-  
moratur , & beneficium ha-  
bet . Item tenetur deferre  
habitum clericalem , qui ho-  
die ex communi vñsu est ve-  
stis talaris nigri coloris non  
alterius , nisi aliud suadeat  
personæ dignitas . Et demum  
residere in beneficio , & de-  
seruire ; cæteraque ad cleri-  
calem vitam , decorem , &  
hone-

honestatem t̄ pertinentia  
ad vnguem scruare, & alijs  
sit exemplum viuens bono-  
rum operum , & doctrinæ ,

vt de illo merito illud affir-  
mari possit , Christi bonus  
odor est in omni loco .

**E**t ex his concluditur Praxis Iurispatronatus ad communem  
utilitatem , & commodiorem usum collecta , ad laudem , &  
gloriam Sanctissimæ , & Individua Trinitatis , & Gloriosissi-  
mæ Mariæ semper Virginis Reginæ Cælorum , & Patroni mei  
Sancti Petri Apostolorum Principis , & Sanctæ Ecclesiæ Do-  
ctorum , Sancti Ioannis Chrysostomi , Sancti Thomæ de Aqui-  
no , & Sancti Bonaventuræ , & Sancti Francisci , & Sanctæ  
Catharinae Virginis , & Martyris , totiusque Curiae trium-  
phantis . Amen .

F I N I S.



AV-

PERI HELAVAX. DOCIMENTUM

782 LVI. QUADRAT

titulio nullio nomine etiam  
naturam posse. Optime posse  
obligari non potest.

terris canonicis caput, ut  
quod de eis. Et testamantur  
de eis per ipsorum.

eminentiis tamenque etiam  
pertinet. Quod vero est quod  
pertinet.

eminentiis tamenque etiam  
pertinet. Quod vero est quod  
pertinet.

eminentiis tamenque etiam  
pertinet. Quod vero est quod  
pertinet.

eminentiis tamenque etiam  
pertinet. Quod vero est quod  
pertinet.



IN P

LE